

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale Romanum - Cod. St. Peter perg. 8

Feste Biseno bei Trient, 1468

In dedicatione

[urn:nbn:de:bsz:31-19321](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-19321)

assume. et ad perpetuum nobis tribue puenire subsidium. *P. co. Diffusa est gra. epln.*
Qoncete omnipotens deus nos sancte dei genitricis uirginis marie semper exultare mitis. et beneficiorum eorum attolli suffragiis. *Per. In sancte Marthe hospite christi Loquebar. Orio.*

Omipotentissime deus cuius filius in ede beate marthe hospitari dignatus est. ut eius mitis que illum placide suscepit. in ede peccatorum misericorditer hospitari ualeamus. *Pe. epla Mulierem fortem. cc. iij. gr. Specie tua. Alla. V. Egregia sponsa christi implora. p nob ad dominum ihesum christum. eum Intrauit ihes in quoddam castel. cc. ix. off. Filie regum. Sacrificium nostrum domine sancte quis ipsa sit tibi actione placabile. et beate marthe hospite tue intercessionem ad nostre salutis augmentum fiat acceptabile. Q. viuis. co. Diffusa. Satiati sumus epln*

Tedicationis ecclesie Introitus
Terribilis est locus iste hic domus dei est et porta celi et uocabitur aula dei *all. V. Quoniam dilecta tabernacula tua domine*

uitutū & cupiscat & deficit aīa mea in atriā dñi.

Deus qui nobis p̄ singulos **Oratio**
annos huius sancti templi tui & se-
crationis repas diem. & sacris semper
mysteriis representas incolumes: exau-
di p̄ces ppli tui & p̄ra. ut quisquis hoc
templum beneficia petiturus ingredit̄.
cūcta se impetrasse letet. **P. I. li. apokl. bñ**

In diebus illis. **Vidi** ciuitatem **ioh̄is apli**
sanctā ierlm̄ nouā descendētē de celo.
a deo paratam sicut sponsa; ornatam
uīro suo. Et audiui uocem magnā de
throno dicentē. Ecce tabernaculū dei
cū hoīb; & hītabit cū illis. Et ip̄i ppl̄s
eius erunt. & ip̄e d̄s cū eis erit eorū d̄s.
Et absterget d̄s omnē lacrimā ab o-
culis eorū. & mors ultra nō erit. neq;
luctus. neq; clamor. neq; dolor erit ul-
tra. que p̄ma abierūt. Et dixit qui se-
debat in throno. Ecce noua facio oīa.

Locus iste a deo factus ē inestimabile **gr̄**
sacramentū inrephensibilis ē. **v̄. d̄s** cui astat
angelorū chor̄ exaudi p̄ces seruorū tuorū. **Alla**

v̄. Quorabo ad templū sanctū tuū & & fitebor
noī tuo. **Alla v̄. Bene** fundata ē dom̄ dñi

Pallat ecclia **Seq̄ntia** sup̄ firmā petrā.
mater illibata & uīgo sine ruga honorē

huius ecclesie **H**ec domus aule celestis pbat pnceps
n laute regis celoz & cerimonys **E**t lumie
stinuo emulans ciuitate sine tenebris **E**t cor
pora in gremio sfouens aiaz q in celo viuut.
Qua dextera ptegar dei **A**d laudem ipi? diu.
Hic noua plem gra pturit fecunda spu scdo.
Angeli ciues uisitant hic suos & corpus sunt
ihu **A**uguut vniusa corpis nocua **P**ereit
peccatrici aie cimia **H**ic uox leticie psonat.
Hic pax & gaudia redundat **H**ac domo tri
nitati laus & glia semp resultat. **S**in lucã
Nullo f. **E**gressus ihc pambulabat ie
richo. **E**t ecce uir noie zacheus. & hic e
rat pnceps publicanoz. & ipse diues.
Et querebat uide ihm quis esset. & no
poterat pturba. quia statura pusillus
erat. **E**t pcurrens ascendit in arbore sic
comoz ut uidet illum. quia inde erat
transiturus. **E**t cu uenisset ad locu. su
spiciens ihs uidit illu. & dixit ad eu.
Zachee festinans descende. quia hodie
in domo tua oportet me manere. **E**t fe
stinans descendit. & excepit illu gaudes.
Et cu uident omis murmurabant dice
tes. q ad hoem pctorem diuifset. **S**tã
aut zacheus. dixit ad ihm. **E**cce dimidi
um bonoz meoz dne do pauperibus.

et si quid aliquē defraudavi reddo qua-
 druplū. **A**it ih̄c ad eū. Quia hodie sal-
 tomui huic facta ē. eo q̄ ip̄e filius sit
 abrahe. Venit enī filius hoīs querere et
 saluū face qd̄ pierat. **D**ñe d̄s in offer-
 simplicitate cordis mei letus obtuli vniūsa
 et pl̄m tuū qui reptus ē uidi cū ingenti gaudio
 d̄s isrl̄ custodi hanc uoluntate. **A**ll. **A**n **sc̄e** dñe d̄s
 nue q̄s dñe precibz n̄ris. ut quicūq; i-
 tra templi huius cuius anniūlarū dedi-
 cationis diem celebram⁹ ambitū et tene-
 mur. plena tibi atq; p̄fecta corpis et aīe
 deuotione placeamus. ut dū hec uota
 p̄ntia reddim⁹ ad etna p̄mia te adiunā-
 te puenire meream⁹. **P.** **D**omus mea **cō-**
 dom⁹ orōnis uocabit̄ dicit dñs in ea oīs qui
 petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti a-
 periet. **A**ll. **A**ll. **D**eus qui de uiuis et **pl̄m.**
 electis lapidibz etnū maiestati tue p̄pa-
 ras habitaculū. auxiliare pl̄o tuo sup-
 plicanti. ut qd̄ ecclie tue p̄ficiat corporalibz
 spacijs. spiritalibz amplifict̄ augmētis. **P.**
In dedicatione altaris. Dicit dñs s̄mo. **cc. xx.**
Omp̄e sempitne d̄s. altare hoc ce **oīo.**
 lectis uirtutis benediccoe sc̄ifica. et
 s̄ibz in te spantibz auxilij tui munus
 ostende. ut hic et sacramentorū uirtus et

uotoꝝ obtineat effectus. *p. Iysaie pphie*
Hec dicit dñs. In die illa defert munus
tuum dño deo exercituum. et rex fortis
dnabit eoz. In die illa erit dñs in medi
o terre. et cognoscat dñs. et colent eum
in hostijs et munibz. et uota uouebunt
dño et soluent. Et reuertentur ad dñm. et
placabit eis. et sanabit eos. In die illa erit
isrl' benedictio in medio tre cui bñdixit
dñs d's exercituum dicens. Benedes pls
meus. et opus manuum mearum. et hereditas
mea isrl'. Dicit dñs om̄px. *gr̄ Exultabunt*
cc. xxxiii. *Alla & Corpa scōr in pace sepulta st*
et uiuent noia eozum in secula. Scdm lucas

Nillo t. d. i. d. s. Non ē arbor bonus q̄
facit fructus malos. neq; arbor mala
faciens fructū bonū. Vnaqueq; arbor
a fructu suo cognoscit. Neq; de spinis
colligunt fuis. neq; de tribulo uindemi
ant uia. Bonus homo de bono thesau
ro cordis sui p̄fert bonū. et malus hō de
malo thesauro p̄fert malū. Ex habun
dantia enī cordis os loquit. Quid at
uocatis me dñe dñe. et nō facitis que
dico. Om̄s qui uenit ad me et audit ser
mones meos. et facit eos. ostendā uob
cui filis est. Filis ē hōi edificanti domū.

qui fodit in altū. ⁊ posuit fundamentū
sup petram. In inundatione aut scā illesū
est flumen domui illi. ⁊ n̄ poterat eam
mouere. Fundata enī erat sup petram.

off. Sāificauit moyses c. lxxij. **D**escē scē
dat q̄s dñe d̄s n̄r sp̄s sc̄s tuus sup hoc
altare. qui ⁊ ppli tui dona sc̄ficet. ⁊ su
mentū corda purificet. **p. cō. Passer uenit. liij.**

Quis om̄p̄ d̄s. ut hoc in loco nōi **apln.**
tuo dedicato cūctis petenti b; aures tue
accomodes. **p. De sancta Trinitate Intri.**

Benedicta sit scā trinitas atq; indiui
sa unitas ⁊ fitebim̄ ei quia fecit no
biscum m̄iam suā. **Benedicam̄ pa
trem ⁊ filiū cum sancto sp̄u laude
mus ⁊ sup exaltemus cum in secula. Oratio**

Om̄p̄s sempit̄ne d̄s qui dedisti famu
lis tuis in c̄fessione uere fidei et̄ne
trinitatis gl̄iaz agnosce. ⁊ in potencia
maiestatis adorare unitatē. q̄s ut ei
dem fidei firmitate ab oib; semp m̄ū
amur adūsis. **p. l. e. b. p. a. Ad corinth.**

Ares. Gaudete p̄fecti estote. exhorta
m̄i idem sapite. pacē habete. ⁊ d̄s
pacis ⁊ dilectionis. **G**ra dñi n̄ri ihu x̄
⁊ caritas dei. ⁊ cōmūcatio sc̄i sp̄us sit
cū oib; uobis amen. **B**enedictus **gr̄**

erit uobiscū. Salutate inuicē in osculo sc̄o. salutant uos oēs sc̄i. //

